



I. N. J.

STABILIMENTUM  
BASEOS  
URANIES NORICÆ  
ASTRONOMICO-  
GEOGRAPHICÆ.

CAP. I.

De Latitudine Geographica  
Norinbergensi.



Ani abierunt complures, quibus in explorandum Urbis Patriæ situm Geographicum intentus, Latitudinem ejusdem, graduum quadraginta novem, minutorum viginti octo, cum fescuncia, primorum, ex circumpolarium Stellarum non minùs ac ipsius Solis maximis & minimis altitudinibus sæpissimè captis, & ab Atmosphæaræ nostræ infidiantibus refractionum fallaciis liberatis, elevationem Æquatoris in complementum quadrantis, consensu observationum spontaneo determinaveram, indeque Urania Noricæ basin Geographicam deductionibus istis Astronomicis collocare fategeram. Neque pœnituit me hætenus pronunciati; non tantùm enim continua motùs Solis (an Telluris) per altitudines ejus meridianas deducta ratio, sed & plurimæ observationes aliæ, quas assequi potuit industria nostra, indeque deducta, in eundem ut plurimùm conspiravere numerum, Nec etiam labor iste Astronomis nostri seculi summis visus inanis, sed (ut præ cæterorum, factam ejus mentionem, Astronomi Regii b. m. Dn. Joh. Dominici Cassini, ex perhumaniter datis ad me d. 26. Octobris Anni 1698. literis id eloquar) magna cum voluptate perlectum fuit opusculum nostrum Astronomico - Geographicum, meritò namque (ait Vir Celeberrimus) Illustris Urbis vestræ situm, ubi à 230. annis quotidiana observationes Astronomicæ habitæ sunt, determinare aggressus es, sic enim veteres illæ & novæ, quas tu ibidem tanto Studio & assiduitate instituis, poterunt meliùs cum iis, quæ alibi locorum institutæ sunt, comparari. Cumque opusculum istud, cui sub finem specimina pro indagandis Meridianorum differentiis subjunxeram, additamentum posceret, quo, ex conditò habitis intereæ cum Regiæ scientiarum

(A)

rum